

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Consideratio status damnatorum, quod actiones ipsorum inprimis malas, concernit**

**Fecht, Johann**

**Durlaci, 1680**

CL.

[urn:nbn:de:bsz:31-122744](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122744)

An appetant beatitudinem? An divitias? An gloriam? An voluptatem? An cibum potumque desiderent? An ratiocinentur, unumque ex altero colligant?

CL. De actionibus transeuntibus, nec pauciora, nec quæ minorem habent difficultatem, quæri possunt? An generent damnati? An seipfos lædant aut lædere possint? An contumeliis, an verberibus semetinvicem proscindant? An videant, fumo & sulphure oculos eorum perpetuò erodente? An lacrymentur, ubi ex æstu humor nullus est, qui in fletus possit resolvi? An aërem trahant & respirent, cum in flammante igne neque aër durare, neque halitus trahi queat? An vivant, si non respirent? An loquantur, qui in intensissimo igne, deficiente aëre, sonum formare non possunt? Quomodo movere linguam possint, quorum ora & palatus ex ignis vehementiâ ita quotidie exsiccantur, ut nec guttula supersit necessarii ad motum humoris? An audiant? An sentiant, quorum membra continuis cruciatibus callum quendam obdlexerunt & *invenit non laes*? An movere manus, præ exquisitissimo dolorum sensu, an vulnerare invicem & sanguinem elicere possint? An de loco in locum ambulare? Quod non edant, bibantque, dubio carere videtur. Utrum federe aliquando & stare & jacere supini, utrum moveri possint & quiescere? An perpetuo vigilent, nunquam somnum capiant? Et si quæ sunt aliæ, quæ sive è tractatione locorum scripturæ, sive è consideratione argumentorum, pro alterutrâ opinionis parte adducendorum, ultrò enascentur.

CLI. Præterea, utrum moraliter agant damnati? cum vel legem habere non videantur, vel si habeant, vi quapiam necessitante ferantur ad agendum? Utrum in societate infernali ratio quoque imperandi & parendi locum habeat? An etiam boni quidpiam agant damnati, an verò ad malum sint profus determinati? An vires habeant liberè quidpiam agendi? An, quicquid agunt, sponte agant, an invitè, deliberato consilio, an casu & impetu animi? An actiones damnatorum, à regulâ legis Divinæ recedentes, graviora sint peccata quam hominum, præsentis seculo viventium? cum sensu atrocissimarum pœnarum iis extorqueantur, a deoque minorem, quam hæc habeant libertatem?

CLII.

CLII. Q  
vel inutiles  
castigari m  
suo tamen  
deus ostendit  
inutile dici q  
vel confirmat  
esse ostender  
nus miscet,  
sermoni locu  
& opponit;  
Si fratrum su  
utrum dilig  
trum agnos  
petit; utru  
spicit; utru  
mo obstru  
le regnum  
ceteris faci  
cipiis de sin  
terum, qui  
bet, unde  
cognosci ut  
laret, inde  
quam inext  
rari potest.  
sunt, quæ  
ptores & E  
ter atque c  
tis celestis  
puerilibus  
re in perpe  
tem & pil  
oculos, o  
ratiocinar